**Jean, chanoine de Surbourg, donne tous les biens qu'il possède à Kuhlendorf au chapitre de Surbourg, qui devra célébrer chaque mardi une messe pour les défunts, 1183-** AD67, G 5160/1 (151 Num 263).

## Explication du texte

Jean de Surbourg illustre l'état d'esprit du chrétien médiéval, pour qui, le passage dans le monde terrestre doit avant tout être mis à profit pour préparer la mort : « *Puisque la vie est brève, la mort imprévisible et que les jours accordés aux hommes déclinent comme l'ombre, le vrai chrétien sait qu'il ne fait que passer dans ce monde et qu'il doit pouvoir, dans la mesure de ses moyens, au salut de son âme par de bonnes œuvres* ».

Au XII^e^ siècle, on voit la croyance dans le Purgatoire* se répandre et la messe permet d'expier ses pêchés et donc d'accéder plus rapidement au Paradis, notamment grâce à l'intercession hebdomadaire des prêtres.

## Vocabulaire

**Chanoine :** prêtre ou clerc faisant partie d'un chapitre cathédral ou collégial. Son rôle est d'organiser la vie religieuse dans le bâtiment auquel il est affecté. Il est aussi membre du chapitre, c'est-à-dire du conseil de l'évêque. Il gère les biens attachés au bâtiment dont il relève et en partage les revenus (prébende) avec ses collègues.

**Purgatoire** : dans la tradition catholique, le purgatoire est le lieu où vont provisoirement les âmes jugées justes, mais qui ne sont pas tout-à-fait pures. Situé dans un niveau intermédiaire entre le paradis et l'enfer, il y retient les âmes un certain temps pendant lequel elles sont purifiées, avant de pouvoir accéder au paradis.

## Transcription

Johannes, Dei gratia Surburgensis ecclesie canonicus, universis Christi fidelibus ad quos presens pagina pervenerit, salutem in Domino et celestis regni gaudia possidere. **Cum vita sit brevis, mors incerta et etas humana velut umbra declinet, verus quisque monetur christianus, ut in hoc momentaneo mundo constitutus, saluti anime bonis quibus poterit operibus provideat**. Super quibus, ego votiva sollicitudine intendens et aliquo mee parvitatis merito Deum qui certissimus debitor est promereri cupiens, preciosis Christi confessoribus, Martino et Arbogasto patronis Surburgensis ecclesie, ad sustentationem fratrum Deo ibidem famulantium, perpetualiter totum predium meum, quod situm est infra terminos ville Kilendorf, libera contuli donatione. Ad remedium autem anime mee et omnium parentum meorum nichilominus ad salutem omnium fidelium defunctorum, pia fratrum et in perpetuum observanda sponsione, hoc mutuum hujus mee devotionis accepi, ut in qualibet singularum ebdomadarum feria tertia, unius misse celebritate, redemptioni et solatio predictarum animarum quantum apud Deum valeant nitantur insistere et huic voto fratres pretaxate ecclesie tam presentes quam futuri ex prehabita compromissione adeo obligati tenentur, ut hujus rei negligentia numquam in eadem ecclesia aliquo casu emergat. Acta sunt hec, anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo tertio, Lucio papa in Romano pontificatu feliciter presidente, imperante serenissimo imperatore Friderico, Heinrico venerabilis presule Argentinesem ecclesiam regente, Conrado in Surburgensis ecclesia existente preposito. Hujus autem facte fondationis testes aderant : Bertholdus majoris Argentinensis ecclesie prepositus, Fricco in eadem ecclesia decanus, Lentfridus cantor, Eberhardus ejusdem ecclesie custos et prepositus Sancti Petri, Fridericus prepositus Sancti Thome, Heinricus magister scolarum in eadem ecclesia, Hugo magister scolarum Honaugensis ecclesie, militares vero viri, Wernherus marschalchus Argentinensis, Burchardus burgravius, Rudolfus causidicus, Rudolfus de Rinowa et alii quamplures, tam clercici quam laici.